


Divisiones decem nationum totius Christianitatis.



Inkunabel 378 = F1700 1351

Tillkomstår about 1496-1500

Digitaliserad år 2015



F 1700
1257

Före 1700
Teol.
Birgitta, (XV orationes) B.

226.

Birgitta. Quindecim orationes.

Acc. Pseudo Augustinus: oratio.

[Rom: Stephan Planck, c. 1495.]

GW 4368.

härmed sammanknyttas, före, :

396.

Escobar, Andreas, Modus confitendi.

[Rom: Stephan Planck, c. 1498.]

H. 1010.

mitt efter:

378. Divisiones decem nationum.

[Rom: Stephan Planck, c. 1498.] GW 8577.

333. Coniurationes decem nationum.

[Rom: Stephan Planck, c. 1498.] GW 7380.



B.

ous.

is.

[]

re;

fund.

after.

1857.

7380.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Diuisiones decem nationū
totius christianitatis.

Notandum q̄ gentes christianorum
diuiduntur in decem nationes vide-
licet Latinos. Grecos. Indos. Ja-
cobitas. Nestorianos. Mozonitas.
Armenos. georgianos. Surianos. mozarabes.

I Prima Natio.

In Latini habent Papam et Imperatorem Ro-
manorum pro superioribus: et Reges multos:
videlicet Regem Francie in natione gallicana
et multos duces et comites.

In natione Hispanica sunt reges Castelle:
Legionis. Rex Aragonie. Rex Portugalie. Rex
Auarre: ac multi duces et comites.

In natione Italica Rex Sicilie. Rex Neapo-
litanus: et multi duces: marchiones et comites
videlicet Venetiarū. Florentie. Senarū et Janue.

In Germanica autem natione preter impera-
toꝝ qui debet esse Alamanus sunt reges multi
videlicet rex Anglie. rex Scotie. rex Ungarie.
rex Bohemie. rex polonie rex Datie. rex Frisie.

rex Suevie. rex Noruegie. rex Dalmatie. rex Crui-
atie ꝛc. et multi duces: langrauii: comites ꝛc.
Item in insula Cypri rex Cyprie. omēs predicti
sunt obediētes ecclesie Romane.

¶ Secunda Ratio.

¶ Greci habent patriarcham Constantino-
politānū: archiepiscopos: episcopos: abbates ꝛc.
In spiritualibus. In temporalibus imperatores
duces: comites: bysbotum ꝛc. Pauci tamen sunt
nunc numero: quia Agareni ꝛ Turchi occupa-
runt et receperunt maiorem partem Grecie: et
isti non obediunt Romane ecclesie: et habent
errores multos ꝛ sunt condemnati per ecclesiam
quia dicunt q̄ spiritus sanctus non procedit a
filio: ꝛ q̄ non sit purgatorium.

¶ Tertia Ratio.

¶ Indi sunt quorum princeps est presbyter Jo-
hannes de Indiis: huius potestas et numerus
excedit omnes xp̄ianos. Nam habet sub se septu-
aginta duos reges. Et q̄n dictus dñs presbyter
Johannes equitat semp facit portare crucez an-
te se ligneam. Sed q̄n vadit ad bellū tunc facit
portare duas crucez: vnā de auro: aliam de

lapidibus preciosis. In illa terra est corpus scti
Thome apostoli in maxima veneratione.

¶ Quarta Ratio.

¶ Jacobite dicti a Jacobo heretico discipulo
patriarche Alexandrini: hi in partibus orientis
occupant magnam partem Asiæ et terram mambre
que est propinqua Egypto: et terram Ethiopie
vsq; ad Indiam plusq; quadraginta regna. hi
circūciduntur et baptizantur cum ferro ignito:
caracterem crucis imprimunt in frontibus et in
aliis partibus corporis vt in pectore vel in bra
chiis. hi confitentur soli deo et nō sacerdotibus
Indorum et Agarenorum. hi dicunt in xpo esse
tantum naturā diuinam. aliqui eorū loquūtur
lingua chaldaea: alii arabica: alii vero aliis lin
guis fm diuersitatem nationum. Isti fuerunt
cōdemnati in concilio Calcedonen.

¶ Quinta Ratio.

¶ Nestoriani a Nestorio heretico discipulo sic
vocati qui fuit Cōstantinopolitanus. hi ponūt
in xpo duas personas: vnā diuinā: aliam vero
humanam: et negant beatā Mariā esse matrem
dei sed bene hominis Jesu. hi vtuntur lingua

Chaldea in suis scripturis et confitiunt corpus
xpi in fermento. hi inhabitant Tartariã et maio
rem Indiam et sunt multi numero. Terra eorũ
continet tantũ sicut Almania et Italia. hi here
tici fuerunt condẽnati in Synodo Ephelina: et
fuerunt diuisi ab ecclesia Romana et permanser
unt in sua pertinacia.

¶ Sexta Ratio.

¶ Mozonite a quodam heretico Mozone qui
vnũ intellectũ et vnã voluntatẽ in xpo tantũ
ponũt. hi inhabitant Libiam in prouintia phe
nicis in magno numero preliis edocti et experti
specialiter vtuntur arcubus et sagittis more la
tinorum: campanis et eorum epi annulis mitris
et baculis pastoralibus vtunt: in scripturis di
uinis littera caldea: et in vulgari arabica vtunt
Vt aliqui fuerũt sub obedientia Romane eccle
siam eorũ patriarcha erat in concilio generali
Lateranensi celebrato Rome sub Innocentio
iii. sed postea recesserũt: hi primo fuerunt condẽ
nati in Synodo Constantinopolitana: postea
redierunt ad obedientiam ecclesie Romane: et
iterum reuersi sunt ad suam opinionem falsam

In qua perseverant.

¶ Septima Aatio.

¶ Armeni habitant in regno Armenie prope Antiochiã: hi propriũ ideoma ⁊ linguam cõmunem omnibus ⁊ scripturas sanctas et officium ecclesie cantant ⁊ dicũt in vulgari lingua ita q̄ ab omnibus secularibus viris ⁊ feminis intelliguntur. habent suũ primatem quem vocant Catholicum cui obediunt velut pape cum magna devotione ⁊ reverentia. Quadragesimam ieiunant in qua non comedunt pisces: nec bibunt vinum: in diebus tñ veneris comedunt carnes.

¶ Octava Aatio.

¶ Georgiani a beato Georgio quem habent in preliis in patronũ: ⁊ habitãt in partibus orientalibus: est populus multũ pulcher: fortis ⁊ devotiosus: Medis: Persis: Assuris in quoz cõfinibus cõmorantur valde formidiosi: vtunt lingua greca: vtuntur sacramentis modo Grecoz. clerici habent coronas rotundas in capitibus raras: seculares vero quadratas: et qñ veniunt ad sanctum sepulchrum non soluunt saracenis tributũ: ⁊ ingrediuntur hierusalem cũ vexillis

erectis: quia saraceni eos timent. eorum femine
vtuntur armis sicut viri: vtuntur pileis altis
in capitibus ad altitudinem cubiti ⁊ qñ scribūt
Soldano statim fit quod petunt.

¶ Nona Ratio.

¶ Suriani dicuntur a ciuitate Sur que est emi-
nentior in Suria vel Assuria. hi vtuntur in ser-
mone vulgari lingua sarracénica: in scripturis
diuinis ⁊ officio misse lingua greca. habent epi-
scopos ⁊ consuetudinē Grecoꝝ seruant ⁊ eis
obediunt in omnibus: conficiunt in fermento ⁊
habent opíniones Grecoꝝ contra latinos hos
sequuntur aliqui christiani qui in terra sancta
vocantur Samaritani conuersi primo tempore
apostolorum: sed non bene sapiunt in fide.


¶ Decima Ratio.


¶ Mozorabes hi olim fuerunt multi numero in
partib⁹ Aphrice ⁊ Hispanie: sed modo sunt pau-
ci: sunt enim dicti Mozorabes quia modos xp̄i-
anoꝝ de Arabica in multis tenebant. Isti vtun-
tur in diuinis officiis lingua latina: ⁊ obediūt
Romane ecclesie ⁊ prelatiis latinoꝝ: ⁊ conficiūt
in azimo velut latini: sed in multis discrepant

latini: quia in diuinis officiis habent horas
valde prolixas quia cum dies naturalis diuidi-
tur in viginti quatuor horas diei et noctis: tot
officia habent siue horas et psalmos ac hymnos
ac certas orationes habent et nimis prolixas
quas non dicunt more latinozum: nam illud quod
latini dicunt in principio ipsi dicunt in fine vel
in medio. Sacramentum eucharistie diuidunt
aliqui in septem partes: aliqui in decem. est na-
tio valde deuota in matrimonio: non coniun-
guntur nisi personis sue gentis siue nationis:
inter quas femina amisso primo marito nunquam
coniungitur alteri: sed permanet in castitate
perpetua.

¶ Causa tante diuisionis inter christianos fuit quod
ab antiquis temporibus christiani fuerunt astri-
cti et impediti ne celebrarent concilia generalia
ideo in surgentibus hereticis in diuersis parti-
bus non fuit qui remedium apponeret.

¶ Finis.














XV Orationes Birgitta.

Rome
1488.



W. O. C. ...
... ..
... ..